...ntinus

Albrychowicz Fortunati Gloria gentis

GLORIA GENTIS,

BENEDICTINO HONORI

Avitô *ILLUSTRISSIMÆ*

ZOŁTOWSCIORUM

PROSAPIÆ ANNULO

Subarrhata Pallas Philoſophica

ſeù

INSTITUTIO

Studij Philoſophici Provincialis in Regali

Archi-Cænobio Tynecenſi

Per

ILLUSTRISSIMUM & REVERENDISSIMUM

ac *AMPLISSIMUM DOMINUM*

D. VALENTINUM ZOŁTOWSKI,

Divinâ Miſeratione ABBATEM Plocenſem

Congregationis Polono BENEDICTINÆ

PRÆSIDENTEM GENERALEM

FACTA.

Inter cujus Inſtitutionis Solemnes applauſus

Faventiſſimis Studij Promotoribus

debitæ gratitudinis argumentum

ConPhiloſophis gratulatorium ergo

Officioſô Calamô

INSCRIPSIT,

Don. FORTUNATUS ALBRYCHOWICZ, Benedictinus Tynecenſis

Anno Domini MDCCXXXXI. *Die 13 Menſis Novembris.*

****

CRACOVIÆ

Typis Michàëlis Dyáſzewſki, Sacræ Regiæ Maieſtatis Typogr:

MAgnorum Virorum & Excellenti virtute præditorum laudes celebrare, apprime utile eſt vitæ hominum & neceſſarium ut & illis quoadfieri poteſt, pro meritis ſuis gratia referatur, & cæteri habeant, undè laudis exempla petant, & quoad benè merendum de ſuis incitentur.

MARTINVS CROMERVS.

GLORIA GENTIS
BENEDICTINO
HONORI

Subarrhata Pallas Philoſophica
Sponſa ſimul Honoris & Mater;
quæ Matrem in Cælo nòn novit,
in terris Patrem nanciſci meruit:
nempè
TE ILLVSTRISSIMVM
& REVERENDISSIMVM
ac AMPLISSIMVM DOMINVM

D. VALENTINVM
ZOŁTOWSKI,

Divinâ Miſeratione ABBATEM Płocenſem
Congregationis Polono Benedictinæ
PRÆSIDENTEM GENERALEM,
Studij Literarij Promotorem Faventiſſimum,
Cujus Benficentiâ Vocalis
Non priùs ſuæ felicitati, quàm Tuo Honori
in feſtivas voces prorumpens,
mille plaudit gratijs,
in Quo DEVS
Cunctarum Congregátionum continuus Oculus
Vigilantiæ Suæ ſupercilium,
dignatus eſt demonſtrare
& Te Rerum Communium utilitati providens

Factus est Benedictinam Familiam custodiens,
ut pupillam Oculi sui.
Qvamobrem
DIGNUS es DOMINE
accipere Gloriam & Honorem
Per Quem
nòn tantùm de Studijs Literarum gratiosè provisum,
Verùm
de desponsata Annulô Tuó Benedictino Honôri Pallade
nata est nobis
GLORIA GENTIS
Quinimò
Gloria Regni Tui,
ad quod, Te deduxit Sacri Regiminis capacissima,
animiq; Tui prudentia singularis;
utiq;
hunc Athlanteum Tuum valorem.
in Te
VALENTINO
Benedictinus Orbis æstimans comprobavit:
dum valentem Cælis & Terris VALENTINI Virtutem
ita sublimibûs honorum dignitatibûs, illustravit.
Unde
Qui Fascibus Regiminis exceptis, à primis curis non excepisti,
Studiorum instaurationem;
etiam inter Studia Nostra, hoc primum erit:
pro tanto beneficio
Vivere & præesse cunctis optantibus
sub omne genus venire obsequij.
Hôc tamen obsqvutionis tantæ argumentô
non ad unum restringi;
Sed in cætera Benedictini Cæli Numiná,
Nostram devotionem probari volumus.
Inter

Inter Quæ
primæ Nostrum venerationi,
secundus occurrit
Perillustris Reverendissimus ac Amplissimus
DOMINUS
D. CASIMIRUS
MOŁODECKI,
Divinâ Vocatione Abbas Sanctæ Crucis ad Nesvisium,
Congregationis Polono Benedictinæ
VICARIUS GENERALIS
Et
VISITATOR,
erga Philosophicam Palladem Mecænas Propensissimus
Vir summæ Virtutis, prudentiæ, & authoritatis,
Omniq; præconiô dignus
Cujus Gentilitium Caput, Benedictini Senatûs Frons;
Pontficiâ, signata Cruce;
in cujus adorea, vultum Ejus deprecatur Pallas Nostra,
nempe
Avitum Illius, seû veriùs Patriæ Nostræ Benedictinæ Caput,
in altam Apogæi sphæram erectum.
(ubi sat se spectabile monstrat;)
pectus Nostrum serenâ fronte in profundam attrahit inclinationē
Nos Votorum obligati
Mentem Nostram Avito Capiti aperimus
ut BENEDICTINO HONORI
Nostrumq; omnium beatæ felicitati
VIVAT ÆTERNVM
Pari & Te veneratur elogio Pallas Philosophica,

ex cujus Gentilitiâ Sagittâ, patulo Corde
patentem erga se, legit Amorem.

PERILLUSTRIS & REVERENDISSIME
DOMINE

D.M. HILARI KASPRZYCKI,

In Alma ac Celeber: Vniversitáte Cracov: AA. LL.
& Philosophiæ DOCTOR Eximie
Conventus Koscielnensis
PRÆPOSITE Meritissime
Congregationis Polono Bendictinæ
VISITATOR
Cujus capacissimum Ingenium.
Sacra Parisiensis Facultas
lilijs suis coronavit,
Patriæq; Nostræ Benedictinæ spirantes adauxit odores;
Cujus è Corde Gentilitio
Labores Nostri Philosophici, ne succumbant,
præcipuum colligent Cordiale.
Et quia qvondam
ArchiCænobij Nostri PRIMAS,
Prior in donis & major imperio
præcellentia ingenij Tui, & in rebus publici boni,
agendi activitate ita Nobis præivisti;
ut Conventualem Præposituram Koscielnensem
merereris,
& adhuc ita per trita meritorum vestigia procedis
ut nisi quidquid calcas ROSA fiat:
idcirco futuram Tibi dignitatis Purpuram.
devo-

devovere necessum.
Applaudit & Tibi Schola Nostra
PERILLUSTRIS
Et REVERENDISSIME DOMINE
D. SYLVANE TRZCINSKI,
Regij ArchiCænobij Tynecensis
PRÆLATE Dignissime
CVSTOS Vigilantissime
Cujus Gentilitia Virago, Vrsô insidens
illô Curru triumphali, Axes Cælestes attingens
elevatis manibus
Felicitatis Nobis Cælos inclinat:
Nocturnôq; suo Sidere clarius resplendens,
insomni Palladi,
Parrhasias Vigilantiæ Stellas accendit:
inocciduamq; vitæ Philosophicæ exhibet Cynosuram.
Vrsus ille Pomposus,
ad mænia Palestræ Nostræ graviùs recubans,
certaturos in Cursu Philosophico Tyrones
ab hostibus desidiæ
potentibus defendet Vngvibus:
tamdiuq; in=vigilabit,
donec pusilli, in proceros excrescant Doctorum Gigantes
ut aureo suo vellere
sudores detergat laborum.
investiatq; lauréis condigna meritorum Capita.
Nòn comprimimus & à Tuis laudibus Calamum.

ADMODUM REVEREND

Eximie ac Doctissime Professor

DON. FRANCISCI STARZYNSKI,

ex Monasterio Lubinensi
in Regali ArchiCænobio Tynecensi Actualis Philosophiæ Lec
De Cujus CRVCE Gentilitia
in Olympiaco Cursus Nostri Stadio,
nullos animi contrahemus dolores.
Sub Plenitudine Lunæ
decrescere vel deficere quis poterit?
Dùm ergo Studij Nostri Apollo seù Phæbus Affulges,
egregias ingenij dotes
in Solaribus potius collocasti radijs:
nempè
Nomen fers Lunæ, sunt cætera lumina Solis.
Itaq;
Gloriam Gentis Nostræ Benedictinæ
Excelsô Tuô Crucis inscribimus Colossô,
cùm hoc Voto
ut
à CRVCE SALVS:
à Luce lumen gloriæ,
pro Tua Nostraq; descendat Benedictione.